



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. VI. De Scholis Theologiæ Moralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)

et usque usus exigit etiam Hebraicæ linguæ cognitionem; hujus idoneus Professor constituetur, idem, qui & Sacré Scripture, si commodè possit, aut saltem sit Theologus. q P. 4. c. 6. §. 3.
Optandumque, ut esset etiam linguarum & c. 12. §. 2. & c. peritus, Græcæ scilicet, Chaldaicæ, & Sy- St. R. Prov. 7.
riacæ. q

4. Is autem nihil antiquius habeat, quam ut prima ipsa sanctæ Scripturæ verba perquam integra Fide interpretetur; & versionem ab Ecclesia approbatam defensat. Tum verborum vim potius, quam sententiatum expendat. Quare adhibeat etiam explicationem Grammaticæ, & linguae asperitatem emolliat. r R. Prof. lin.
Hebr.

S E C T I O VI.

De Scholis Theologie Moralis.

i. Præter Theologiam Scholasticam tradenda est Positiva; quæ scilicet complectitur Concilia, Decreta, Doctores Sanctos, & res alias morales, seu casus conscientiæ: non attingendo tamen eam partem Canonum, quæ foro contentioso inservit. s Immo hæc Lectio casuum conscientiæ in Collegiis communiter habenda esset. t Quin etiam in singulis Domiciliis

*Hæ Schola ubi
constituenda, &
de qua materia.*

s P. 4. c. 5. §. 1.
& B & c. 12.
t 1. & c. 14. §.
1. & C.

A a 2

con-

t P. 4. c. 7. B.

constituendus aliquis, benè versatus in hac materia , ut interrogantibus satisfacere possit. "

*Quot earum
Professores.*

*x St. R. Prov.
12. & R. Prof.
Caf. 1. 2. 3. 4.
5. &c.*

*y C. 7. D. 33.
§. 7. & St. R.
Prov. 9. §. 1. &
R. Prof. Theol.
7. §. 5.*

Opinionum laxitas vitanda.

2. In eo verò Collegio , ubi est pro Nostris Seminarij, casuum conscientiæ duo collocentur Professores ; qui universas ejus materias inter se divisas biennio explicent; vel unus , qui binas quotidie lectiones habeat, citra Scholasticum apparatus; eoque tendentes , ut peritos Sacramentorum administratores efficiant. x Ad juvandos autem hoc in genere universos Theologiz Scholasticæ studiosos , duabus ejus lectiōnibus, & Sacré Scripturę adjiciatur , ubi fieri poterit , quarta Lectio moralis Theologiæ ; qua ex professo , succinctè tamen , explicentur materiæ Morales ; quas Scholasticæ Professores prætermittunt , aut vix attingunt. y

3. Ut verò hæc materia , quæ tanti in utramque partem ponderis est , ad salutem animarum , qua decet dignitate , & integritate tractetur à Societate ; cui laxitatem opinionum parum benevoli homines affingunt. 1. Professores hujus facultatis attendant maximè quod monet Con. 5. D. 41. pro Theologis ; nec quod probabile reputant , illico putent sibi permisum vulgare. Sciantque Societatem , nec prohibuisse , nec pro-

prohibere , quo minus tueri possint senten-
tiam contrariam afferentibus , in agendo
licitum esse sequi opinionem minus pro-
bablem , faventem libertati , relicta proba-
biliore , stante pro precepto . Superiores au-
tem , si quos novitatum amantes , aut pa-
rūm cautos in docendo compererint , à
munere docendi submoveant , pœnisque
aliis , si opus fuerit , coerceant . 2. In libro-
rum editione oneranda Censorum Fides ,
& conscientia , ut severos se potius exhi-
beant . 3. Cautè Nostri respondeant in pri-
vatis congressibus , & nunquam scripto ,
præsertim in rebus gravioribus ; nisi con-
sulto , & probante Superiore . 4. Com-
mendatur P. N. ut non tantùm transgres-
sores prædictarum legum loco , & cathedra
moveat ; sed ipsos etiam Superiores , si
quando in cohibenda illa liberiori opinan-
di licentia negligentiores fuerint , severè
puniat .

z C. 11. D. 22.

& C. 12. D. 28.

& C. 13. D. 18.

a C. 12. D. 28.

S E C T I O V I I .

De Gradibus Scholasticis conferendis.

1. **G**radus Literarios conferendi po- Facultas Societatis concessa.
testas concessa est ; 1. pro Scho-
lasticis tantummodo , qui de Societa-
te sunt , & non sine aliquibus conditionibus

A a 3 ref-

constituendus aliquis, benè versatus in hac materia , ut interrogantibus satisfacere possit. "

*Quot earum
Professores.*

*x St. R. Prov.
12. & R. Prof.
Caf. 1. 2. 3. 4.
5. &c.*

*y C. 7. D. 33.
§. 7. & St. R.
Prov. 9. §. 1. &
R. Prof. Theol.
7. §. 5.*

Opinionum laxitas vitanda.

2. In eo verò Collegio , ubi est pro Nostris Seminarij, casuum conscientiæ duo collocentur Professores ; qui universas ejus materias inter se divisas biennio explicent; vel unus , qui binas quotidie lectiones habeat, citra Scholasticum apparatus; eoque tendentes , ut peritos Sacramentorum administratores efficiant. x Ad juvandos autem hoc in genere universos Theologiz Scholasticæ studiosos , duabus ejus lectiōnibus, & Sacré Scripturę adjiciatur , ubi fieri poterit , quarta Lectio moralis Theologiæ ; qua ex professo , succinctè tamen , explicentur materiæ Morales ; quas Scholasticæ Professores prætermittunt , aut vix attingunt. y

3. Ut verò hæc materia , quæ tanti in utramque partem ponderis est , ad salutem animarum , qua decet dignitate , & integritate tractetur à Societate ; cui laxitatem opinionum parum benevoli homines affingunt. 1. Professores hujus facultatis attendant maximè quod monet Con. 5. D. 41. pro Theologis ; nec quod probabile reputant , illico putent sibi permisum vulgare. Sciantque Societatem , nec prohibuisse , nec pro-